



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

III. Refelluntur argumenta Adversariorum. Primum argumentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

rationi huic, & alteri quoque de Iebusais, quæ est in fine decimi quinti capit is, ap-  
posita sit illa notatio temporis quam dixi, *Ufque in presentem diem*; quod historia Ca-  
lebi, quæ narratur commate decimo tertio & sequentibus capit is decimi quinti, post  
Iosua obitum evenisse dicatur in primo libri Iudicum capite; & quod Iosua recentior videatur historia Ara illius ingentis, ad ripam Jordanis à Rubenitis, Gaditis, &  
dimidia Manassæorum parte exstructa, qua vicefimo secundo capite refertur, &  
nullam habet Iosua mentionem, quippe cum veri haudquaque simile sit decem  
tribuum adversus fratres suos coniugationi Iosuam non interfuisse, & quod decimo <sup>Ios. 21, 10, &</sup>  
capite legatur, neque ante Iosuam, neque consequenti deinde tempore tam longum  
praterfisse diem, qualis ille fuit, quo Solem Deus stitit, velut ad nutum Iosuæ; ac  
concludit demum librum Justorum, qui hoc ipso laudatur capite, factum esse Iosuæ;  
at libri hujus qui Iosua nomen sibi præscripsit, tempus non determinat.

II. Contra vero è Veteribus ac Recentioribus longe plures, imprimisque Thalmu-  
distæ in Baba batra, primo capite, a Iosua ipso scriptum esse arbitrantur; his perfa-  
si verbis quæ extant in postremo Libri capite: *Scriptis quoque Iosue omnia verba hac in probatur re-*  
*volumine Legis Domini.* Atque ea profecto, si quis animum advertat, sunt ejusmodi,  
ut prorsus significant Iosuam ad exemplum Mosis res à se geltae literis commendaf-  
fe, & Librum suum ad calcem libri Legis à Mose scripti adiecisse, quemadmodum ei  
adjunctus nunc quoque est. Sic intellexit & exposuit Chaldaeus Interpres, quem pe-  
nes se habebat Mathius. Confirmatur id testimonio Sirachide, cum ait Iosuam Mosis <sup>Ecc. 46, 12</sup>  
succesorem fuisse *in regnacis*, hoc est in Librorum sacrorum, qui divinitus inspira-  
ti sunt, scriptio. Libri præterea vetustatem arguit istud capit is decimi sexti libri  
tertii Regum comma: *In diebus ejus edificavit Hiel de Bethel Iericho: in Abiram pri-*  
*mitivo suo fundavit eam, & in Segub novissimo suo posuit portas ejus: juxta verham Domini,*  
*quod locutus fuerat in manu Iosae filii Nun.* Quod liquido deponentum est ex sexto  
capite libri Iosuæ: *In tempore illo imprecatus est Iosue dicens, Maledictus vir caram Do-*  
*mino, qui suscitaverit & edificaverit civitatem Iericho: in primogenito suo fundamenta il-*  
*lius jaciat, & in novissimo liberorum ponat portas ejus.* Ergo saltem libris Regum vetu-  
stior est liber Iosuæ. Adde & verba ista Calebi è capite decimo quarto: *Hodie octo-*  
*ginta quinque annorum sum; sic valens ut eo valebam tempore, quando ad explorandum mis-*  
*sus sum: illius in me temporis fortitudo usque hodie perseverat, tam ad bellandum, quam ad*  
*gradiendum: da ergo mihi montem istum.* Que respexisse videtur Sirachides cum hac  
scriberet: *Et dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem, & usque in senectutem permanxit illi* <sup>Jos. 14, 10, 11;</sup>  
*virtus, ut ascendere in excelsum terræ locum.* Ex nominibus etiam mensum, si non de-  
monstrari, at conjici certe potest Libri hujus antiquitas. Scindendum est enim ante Ba-  
bylonicam Captivitatem menses Ebraeorum appellatos vulgo fuisse ex ordine & nume-  
ro quem inter se habebant. Itaque non aliter quam mensum primum, secundum, ter-  
tium, aliosque deinceps, sacri Scriptores Captivitate vetustiores nuncupant. In Ba-  
byloniam autem delati Iraëlite, usi quotidiano & consuetudine Chaldaeorum, &  
tractu temporis paulatim nomina mensum illic usitata asciscere insuefacti sunt. Ea-  
propter in scriptis Captivitate recentioribus crebro occurunt, velut in libris Esdræ,  
& Estheris, in Aggæo, Zacharia, Baruchio, Daniele, & Machabæicis. Atqui in li-  
bro Iosuæ menses Babylonici nominibus haudquaque affectos repertas, sed iis quæ  
ex ordine & numero quem inter alios obtinent, ipsis debentur. Verumtamen cum in  
Scriptoribus sacris Captivitate recentioribus menses etiam aliquando ex numero suo  
& ordine appellerent, rationi huic vim conjectura tantum, auctoritatemque tribui-  
mus. Cum nihil autem Ecclesie decretis super hoc Libro determinatum sit, præter-  
quam sacram esse, & in priscum facrorum Voluminum Canonem receptum, id modo  
jam constet quod negari utique non potest, etiamsi incerti Auctoris & temporis esse con-  
cederemus, quemadmodum ex hac opinionum varietate credi potest, genuinum tamen  
eum esse constaret: cum ex prima Definitionum nostrarum genuinus liber ille sit,  
qui ab eo Autore scriptus est, à quo scriptus esse dicitur, & eo circiter tempore quo  
scriptus esse fertur.

III. Poteramus itaque eorum omnium qui Iosua ipsum eripere conantur, argu-  
menta contempnere. Nihilo minus hæc quoque refellemus, ut retusis omnibus Adver-  
sariorum telis, tum maxime appareat opinionis illius firmitas, quæ in Iosuam opus <sup>Refelluntur</sup>  
hoc transferbit. Primum argumentum subministrat decimum caput, in quo, ut di- <sup>argumenta</sup>  
xi, citatur Liber Justorum, Iosua recentior, vel æqualis, ut qui Gabaonitanæ pu- <sup>Adversario-</sup>  
gnæ à Iosua commissæ videatur meminisse: unde sequitur Libro Justorum recentiorem <sup>Primum ar-</sup>  
gumentum. esse Librum Iosuæ nomine inscriptum, ac multo etiam magis ipso Iosuæ. Tantum <sup>argumentum.</sup>  
certe apud Masium, accuratissimum libri hujus Interpretem valuit istud argumen-<sup>Jos. 10, 11.</sup>  
tum, ut ex eo longe post ætatem Iosuæ elucubratum esse concluderet: quod & <sup>Mas. in Jos. 10.</sup>

Theodor. In-  
tegr. 16. in Jof.  
antea fecerat Theodoretus. Explicatus sanequam difficiles habet iste locus : nam  
primum non satis extat an tota rei gestæ historia in Libro Justorum scripta fuerit ; an ea tantum verba quæ proxime præcedunt : *Sternumque Sol & Luna, donec  
ulcisceretur se gens de inimicis suis* ; an quædam per figuram & poëticæ dicta in Li-  
bro Justorum, cuiusmodi multa in Libris sacris occurunt, Jofue ad rem veram ac-  
commodaverit ; an generatim in eodem Libro prænuntiata, huic miraculo aptaverit. Deinde magna est inter Scripturæ sanctæ Interpretes de Libro Justorum concer-  
tatio, Judeos præsertim, qui multum hic pro more suo nagantrur. Censem quidam ex  
illis hunc esse librum Geneseos, alii Exodi, alii quinque libros Legis, quibus justo-  
rum virorum Abrahami, Isaaci, Jacobi, & aliorum gesta continentur : in iis enim  
Deum policeri aint se in Israëlitica gentis gratiam prodigia editurum, cum ait in  
Exodo : *Signa faciam, que numquam vixi sunt super terram, nec in ulla gentibus.* Masius

Annales rerum ab Israëlitis gestarum intelligit. Masio assentuntur Junius & Tremelius, nec ab eo multum recedit Bonfrerius. Grotius carmen *Amoris* notari vult, sta-  
tim post reportatam de Gabaonitis vicoriam compositum, & inter Ebraeos per vul-  
gatum, cuius auctoritate rei incredibili quam narrabat, fidem fecerit Jofue. Mihi  
probabile fit librum fuisse *πατέρων*, ad pie sancteque vivendum homines informan-  
tem ; in quo fortasse scriptum erat, quod saepè in Libris sacris scriptum legimus,  
debet se viros pios Deo in tutelam ac fidem totos committere, hoc si faciant, fu-  
turum haud dubie, ut præsenti eos adversus hostes Deus auxilio prosequatur : &  
quemadmodum ut ab hostili impetu tuti essent, maris fluctus inhibuit, ita eum vel  
ipso siderum cursus moraturum, quoad hostes suos ulciscantur. Quod cum re conti-  
gisset, dignum censuit Jofue populo significare quam promissorum memor esset Deus,  
ut intelligenter ecquam reliquis ipsius pollicitationibus fidem deberent adhibere. Hoc  
posito jam facile obiectum argumentum discutiemus : potuit enim multo ante Gabao-  
nitanam pugnam scriptus esse hic Liber, & vulgi manibus tritus, vel in sacris tabu-  
lariis reconditus, ut in Templo servatum deinde fuisse docet Josephus. Sin Grotii aut  
Masii sequare sententiam, facile quoque te expedes : nam carmen illud *Amoris*, aut  
Annales statim post Gabaonitum pralium scripti fuerunt : at annis aliquot post  
rem gestam, & in summa senectute Librum suum exaravit Jofue, ut ex postremo ejus  
capite cognoscitur. Itaque narrationi sua fidem conciliat libri coævi & vulgo noti  
testimonia. Rabbini vero, qui vel aliquos, vel omnes Pentateuchi libros hic notari  
putant, extra omnem teli jactum longe sunt.

*Secundum ar-  
gumentum.*  
Hobb. Leviath.  
cap. 33.  
Tract. Theolo-  
gitop. cap. 8.  
March. 27. 8.  
March. 28. 15.  
Jof. 10. 13. 14.

I. Secundum argumentum conflant Masius, Grotius, Hobbesius, & Dispu-  
tator Theologo-Politicus, ex frequenti hac temporis notatione, *Usque in præsentem  
diem*, que longi temporis intervallum significat. Verum cum hunc Librum scriperit  
Jofue jam senex, ut jam monui, pridem ea facta erant, que *Usque in præsentem diem*  
perseverasse ait : cum autem mutationem aliquam rebus iis inferre potuerit quan-  
cunque hac temporis diuturnitas, (multis enim annis Israëlitis praefuit) res in eodem  
statu mansisse notandum duxit. Responsioni huic fidem conciliat Matthæus, qui  
cum Evangelium suum non multis post Christi necem annis scriperit, usus est his  
verbis : *Propter hoc vocatus est ager ille Haec dama, hoc est, Ager sanguinis, usque in ho-  
diernum diem.* Et alibi : *Et divulgatum est verbum istud apud Judeos usque in hodiernum  
diem.* Pari exceptione solvitur simile argumentum, quod cutit Theologo-Politicus  
Argutator ex hoc loco decimi capituli : *Sicut itaque Sol in medio cœli, & non festinavit  
occumbe spatio unius diei. Non fuit antea, nec possea tam longa dies.* Nec enim pridie  
aut nudius tertius evenerat hoc prodigium, sed ante multis annos quam hæc scripta sunt.

*Tertium ar-  
gumentum.*  
Jof. 19. 27.  
3. Reg. 19. 13.  
Joseph. Anti-  
libr. 3. cap. 2.  
March. 27. 8.  
March. 28. 15.

V. Tertio arguento causam præbet decimum nonum caput libri Jofuae, ubi  
mentio fit terræ Cabul ; cui id nominis tributum purant Masius & Grotius ab Hiramo  
Tyri rege, ut est nono capite libri tertii Regum. Quasi eadem sit utraque terra Ca-  
bul, que penitus diversæ sunt : altera enim, regiuncta est viginti confitans oppidis,  
altera, vicus in confiniis Ptolemaidis : utraque in tribu Afer. Distinxit eas Josephus:  
alteram enim appellat γῆ καβαλῶν, libro octavo ἀρχαιολόγιας, alteram καβαλῶν  
πλου, in libro De vita sua.

*Quartum ar-  
gumentum.*  
Jof. 19. 47.  
Jud. 18. 29.

VI. Indidem ex decimo nono capite libri Jofuae quartum oritur argumentum,  
quod & à Masio usurpatur. Nam que illuc narratur Danitarum expeditio aduersus  
Lazem, ea post mortem Jofuae contigit. Iudicium temporibus, quemadmodum ex  
decimo octavo capite libri Iudicium securit. Igitur unum hoc est ex additamentis, que  
huc illuc in Libros sacros infarsit Esdras, ad pleniorum rerum intelligentiam. Nam  
cum assignatam Danitis portionem descripsisset Jofue, aliamque deinceps armis ipsi  
quæsissent, merito id Esdras supplendum duxit. Claustulam ergo hanc si detrahias, ni-  
hilominus constabit sententia, neque luxatum orationis contextum aut pendulum